

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Ex quo affectu vel fine omnes sint boni vel mali. B. C. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

non tamen absolutè dicēdi sunt omnes boni, nec omnes remunerabiles: sed quidā simpliciter mali dicuntur, sicut & alii boni. Nam simpliciter ac vere sunt boni illi actus, qui bonam habent causam & intentionem, id est, qui voluntatem bonam comitantur, & ad bonum finem tendunt: Mali vero simpliciter dici debet, qui perversam habent causam & intentionem. Vnde Ambr. ait, affectus tuus *Ambr. lib.* operi tuo nomen imponit. Et Aug. super Ps. 31. Ne- 13 offic. c. 30. mo coparet bona opera sua ante fidem. Ita enim *ad princip.* videntur mihi esse ut magnæ vires, & cursus celer. *tom. I.*

rimus præter viam: quia ubi ipsa fides non erat, *August. To-* bonum opus non erat. Bonum enim opus intētio *mo 8. prefa-* facit, intentionem fides dirigit. Non valde atten- *tione ad il-* das quid homo faciat, sed quid cum facit, atten- *lum Psal. 31.* dat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat. *ante mediū.* His testimoniosis insinuari videretur, ex affectu & fine opera bona esse vel mala. Quibus consonat quod veritas in Euangelio ait. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris non natura humana mentis, sed voluntas intelligitur: quæ si mala fuerit, non bona, sed mala opera facit: si vero bona fuerit, bona non mala opera facit.

Vtrum omnia opera hominis ex affectu, & fine sint bona vel mala.

Sed queritur. *Vtrum omnia opera hominis ex affectu, & fine sint bona vel mala?* Quibusdā ita videretur esse, qui dicūt omnes actus esse indifferentes, vt nec boni nec mali per se sint, sed ex intentione bona, bonus, & ex mala malus sit omnis actus. Secundū quos quilibet actus potest esse bon⁹ si bona intentione geratur. Alius a. videretur, quod quidam actus in se mali sint ita, vt nō possint esse nisi peccata etiam si bonā habeant causam: & quidā in se boni ita, vt etsi malā habeant causam, non tamen boni esse desinant. Quod testimonio Aug. confirmant,

Aug. tract. mant, qui dicit bonum aliquando non benè fieri,
 43. ad cap. 8. Quod enim quis inuitus vel necessitate facit non
 19. an. in bene facit: quia non bona facit intentione, ut ait
 princ. In To- Aug. super Ioan. Seruilib, inquit, timor non est in
 mo 9. tract. charitate: in quo quamvis credatur Deo, non ta-
 9. super pri- men in Deum: & si bonum fiat, non tamen bene.
 mam Ioan. Nemo enim inuitus benefacit etiamsi bonum est
 epistolam.
 Aug. libr. 1. quod facit, Ecce habes, quod aliquis nō benefacit
 confess. in illud quod bonum. Facit ergo quod bonum est in
 12. ad princ. tentione non bona. Ideo afferunt illi quædā opera
 tom. 1. esse talia, quæ sic bona sunt, quod mala esse non
 possunt, quoque modo fiant, sicut è conuerso
 quædam sic sunt mala, vt non possunt esse bona,
 quæque ex causa fiant. Alia autem esse opera
 quæ ex fine vel causa bona sunt vel mala, & ad illa
 referunt sanctorum testimonia: quibus ex affectu
 vel intentione iudicium operum pensari dicunt,
 Tripartitam edunt isti differentiam actuum.
 Aliter Aug. sentire videtur, qui dicit opera hominis esse bona
 vel mala ex intentione & causa, præter quædam que
 per se peccata sunt. C

Cap. 7. ante
 medium in
 Tom. 4.

Sed August. euidentissimè docet in libro contra
 mēdaciū, omnes actus secundum intentionem,
 & causam iudicandos bonos vel malos, præter
 quædā: qui ita sunt mali, vt nūquam possint esse
 boni, etiamsi bonam videantur habere causam.
 Interest, inquit plurimū, qua causa, quo fine, qua
 intentione quid fiat. Sed ea quæ constat esse pecca-
 ta, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fi-
 ne, nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea
 quippe opera hominum si causas habuerint bo-
 nas vel malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ nō
 sunt per se ipsa peccata, sicut vietum præbere pau-
 perib. bonum est, si sit causa misericordiæ cum re-
 sta fide: & concubitus coniugalis quādo fit causa
 generandi, si ea fide fiat, vt gignatur regenerandi.
 Hęc cursus mala sunt, si malas habeat causas: velut
 si ia-

si iactatiæ causa pascitur pauper, aut lasciniæ cau-
 sa cum uxore cōcubit, aut filii generetur non
 vt Deo, sed vt diabolo nutriatur. Cum vero opera *Ibidem con-*
 ipsa per se peccata sunt, vt furta, stupra, blasphe- *tinue,*
 miæ: quis dicat causis bonis esse facienda, vel pec-
 cata nō esse: vel, quod est absurdius, iusta peccata
 esse? Quis dicat, Furemur diuitibus, vt habeamus
 quid demus pauperib. aut falsa testimonia profe-
 ramus, nō vt inde innocētes lēdantur, sed potius
 saluētur? Duo. n. bona hic sunt, vt inops alatur &
 innocēs non puniatur. Aut quis dicat adulterium
 esse faciendum, vt per illam cum qua sit, homo de
 morte liberetur. Testamenta etiam vera cur non
 suppressimus, & falsa supponimus, ne hæredita-
 tes habeant qui nihil boni agunt, sed hi potius qui
 indigentes adiuuant. Cur non fiant illa mala pro-
 pter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt
 mala? Cur non ab immundis meretricib. quas di-
 cat stupratores, rapiat diuitias vir bonus, vt indi-
 gētibus eas largiatur, cum malum sit, si pro bono
 fiat? Quis hoc dicat, nisi qui res humanas moresq; *Ibid. paulo*
 conatur & leges subuertere? Quod enim facinus *inferius,*
 non dicatur rectè fieri posse, nec impunè tantum,
 verum etiam gloriose, vt in eo non timeatur sup-
 plicium, sed speretur & præmium si semel consen-
 serimus in malis actibus, non quid fiat, sed quare
 fiat esse querēdum? vt quæcunq; pro bonis sint
 causis, nec ipsa mala esse iudicetur. At iustitia me-
 rito punit eum qui dicit se suberaxisse superflua
 diuiti, vt præberet pauperi: & falsarium qui alienū
 corruptit testamētum, vt is esset hæres, qui face-
 ret eleemosynas largas, non ille qui nullas: & eum
 qui se fecisse adulterium ostendit, vt per illam
 cum qua fecit, hominem de morte liberaret. Sed
 dicit aliquis, ergo æquandus est fur quilibet fur
 qui voluntatem misericordiæ furatur? quis hos
 dixerit? Sed horum duorum non ideo quisquā est
 bonus

*Lib. eod. c. 2.
in princ.*

bonus, quia peior est unus. Peior enim est qui cōcupiscendo, quam qui misericordando furatur. Sed si furum omne peccatum est, ab omni furto abstinentum est. Quis enim dicat esse peccandum, etiam si aliud sit gravius aliquid leuius peccatum? Nunc autem querimus, quis actus peccatum sit, vel non; non, quid gravius sit, velleius. Intende Lector propositis verbis tota mentis consideratione, que non inutilem habent exercitationem: & dinoscere quis actus sit peccatum, qui sc̄. malam habeat causam: nec ille tantum, quia sicut nonnulli actus, qui & si bonam habeant causam, tamen peccata sunt, ut supra positum est. Ex quo cōsequi videtur, quia non semper ex fine iudicatur voluntas siue actio mala, sicut in illis quae per se peccata sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua bona causa, bonum videtur habere finem: nec ex fine voluntas est mala, nec ex voluntate actio sit mala, sed ex actione voluntas sit prava. In quibus aliqui ponunt actus mali sunt quidā ponunt actu Iudeorum. actum Iudeorum, qui crucifigendo Christum arbitrabantur se obsequium praestare Deo: quia bonum finem dicunt eos sibi posuisse, scil. Dei obsequium: & tamen voluntatem eorum & actionem peruersam fore asserunt. De bonis autem nulla sit exceptio in præmissis verbis Aug. quin omnis voluntas bona ex fine sit bona: & ex fine & voluntate omnis actio bona est. Sed non omnis mala voluntas ex fine mala est, nec omnis mala actio ex fine & voluntate mala est: & omnis quae habet malam causam mala est, sed non omnis quae bonam causam habet bona est, ideoque cum ex affectu dicitur nomen imponi operi, in bonis operibus generaliter vera est haec regula, sed in malis excipiūtur illa quae per se mala sunt. Omnia ergo hominis opera secundum intentionem, & causam iudicantur bona vel mala, exceptis his quae per se mala sunt, id est, quae sine prævaricatione fieri nequeunt.

Quidam

Quidam dicunt prædicta non posse fieri bono fine. D

*Quæ rāmen quidam contēdunt nunquam habere bonām causām. Qui enim aliena furatur ut Quod nom
pauperibus tribuat, non pro bono (ut aiunt) fura fiant bono
tur. Non enim bonum est alienā pauperibus ero- fin. notatu
gare. Qui n. de rapina sacerdiciū Deo offert, idem ex verbis
facit ut ait authoritas, ac si filium in cōspectu pa- Augustin.
tris vext met, vel sacrificium carnis Deo offerat.
Abominab̄ lis nempe Deo est impiorum oblatio.
Ita etiam & hominem per adulterium à morte li-
berare malum esse dicunt, Etsi h. bonum sit homi-
nē à morte liberare, tamen si hominem liberare,
malum esse afferunt. Ideoq; Aug. in superiorib⁹ di-
cūt tēperasse sermonē cauteq; locutū, vbi ait, Ea
quæ constat esse peccata, nullo, quasi bono fine;
nullā velut bona intentione, facienda. Non enim
simpliciter dixit bono fine & bona intentione, sed
addidit, quasi & velut: quia talia non sunt bono
fine, & bona intentione, sed intentione quæ vide-
tur bona, & sine qua putatur bonus, sed non est.
Nec ideo accepit Aug. ista ut aiunt, quin causas ha-
beant malas: sed quia causas habēt quæ videntur
bonæ, sunt tamen malæ.*

AN OMNIS INTENTIO VEL ACTIO EORVM QVI CARENT FIDE

fit mala.

DISTINCT. XLII.

A

*CVMQVE intētio (ut supra dictum est) bonum
opus faciat, & fides intentionem dirigat: non Quidam di-
immerito quæri potest, vtrum omnis intentio, o- cunt omnes
mneq; illorum op⁹ malum sit, qui fidem non ha- actions
bent? Si n. fides intentionē dirigit, & intentio bo- hominis sine
num opus facit, vbi nō est fides, nec intētio bona fide esse mā-
nec opus bonum esse videntur. Quod à quibusdā fide bona
non irrationaliter aſtruitur, qui dicunt omnes sunt.
actiōes, & voluntates hominis sine fidē malas esse,*

I i quæ